

Constantiensem prepositum S. Johannis ibidem, et strenuum militem Marquardum de Schellenberg, / dictum quoque Jo. (sic), strenuos milites Johannem de Bodeme et Albertum de Clingenberg, strenuum quoque militem Vlricum de Clingenberg pro me-/dia persona, arbitros arbitratores seu conponitores<sup>2</sup> amicabilee elegerunt, promittentes fide manuali in manibus nostris prestita fir-/mum ac ratum<sup>3</sup> tenere et in nullo contradicere uel venire quitquid usque in sextam feriam subsequentem de prefatis quatuor arbitris, tribus, / aut duobus cum persona media pronunciaretur super propositis a partibus hinc et inde, ita tamen quod super non propositis non preiudicaretur / parti non proponenti quo minus non proposita proponere posset loco et tempore oportunis. Promiserunt etiam coram nobis, videlicet episcopus Curi-/ensis suas ac capituli sui, et Johannes de Vazze<sup>4</sup> suas et fratres sui dare litteras super ratificationem huiusmodi compromissi, certis quo ad hunc / articulum fideiussoribus constitutis, tales autem pro se dedit idem episcopus, videlicet - - (sic)<sup>5</sup> prepositum Curiensem, Marquardum et Vlricum fratres / de Schellenberg, et Eygellulfum<sup>6</sup> de Flumes, milites. et tales predictus Johannes<sup>7</sup> de Vazze<sup>4</sup>, videlicet Albertum de Clingenberg, Johannem<sup>7</sup> de Bodeme - - (sic) de Wolfurt<sup>8</sup>, et Heinricum pincernam de Smalenecke<sup>9</sup> milites, in quorum fideiussorum constitutionem adiectum fuit, quod / si episcopus non daret prefati Johanni prefato suas et capituli sui litteras eius fideiussores Constantiam, si autem sepedictus Jo.<sup>10</sup> pro se et fratre suo non / traderet episcopo memorato ratihibitionis litteras, eius fideiussores opidum Lindauwe intrare deberent, more fideiussorio commesturi, et inde nullatenus exituri, donec parti petenti littere huiusmodi traderentur, prefati autem arbitris arbitratoribus, seu amicableibus compositoribus arbitrium in se recipientibus corporaliter iurauerunt, quod infra terminum in arbitrio comprehensum, questiones a partibus proponendas amicabiliter uel saltem secundum iustitiam deciderent per sententiam arbitralem, quod et prefati prepositus, et Marquardus / de Schellenberg fecerunt in nostra presentia constituti, mediaque persona videlicet Vlricus de Clingenberg cum eisdem arbitris electis per episcopum memoratum in omnibus concordauit, sicut patet per litteras ipsorum sigillis